

Lauin

Ussuræ

1763



1849

9. 2d. num. 39.

15  
49  
**VSVRAS**  
EADEM IN BONITATE CVM SORTE  
SOLVENDAS  
SISTIT  
SIMVLQVE PRIMARIO ATQVE PRAECIPVO  
**S V O A M I C O**  
**IOANNI FRIEDERICO KOBIO**

IVRISCONSVLTO EXCELLENTISSIMO  
AMPLISSIMVM DOCTORIS GRADVM SANE STRENVE ADEPTO  
ET SERENISSIMI PRINCIPIS SAXONIAE HILDBVRG-  
HVSANI A SECRETIS VIGILAN-  
TISSIMO

49  
DE

**NVPTIARVM SOLLEMNIBVS**  
CVM  
VIRGINE ELEGANTISSIMA  
**MARIA CHRISTIANA KVHN**

*He 4968*  
CELEBRANDIS  
GRATVLATVR  
BERNHARDVS FRIEDER. RVDOLF. LAVHN  
IVRIVM DOCTOR

IENAE  
LITTERIS STRAVSSIANIS



PUBL. VIRGILIUS MARO *Lib. II. Georgicorum*  
verf. 490. *sqq.*

Felix, qui potuit rerum cognoscere causas  
Atque metus \*) omnes, et inexorabile fatum  
Subiecit pedibus, strepitumque Acherontis auari.

\*) id est religionis, quae nascitur per timorem, ut Servius dixit ad *Aeneidos* Lib. VII, verf. 60,

Laurus erat multos metu seruata per annos,  
et ad *Aeneidos* Lib. VIII, v. 349,

Iam tum religio pauidos terrebat agrestis  
Dira loci.



um non ita multo ante consiliarii imperii au-  
lici IO. BALTHAS. L. B. DE WERNHER <sup>a)</sup> ob-  
seruationes euoluerem, eo consilio, vt, quid  
de quaestione iuris, quo in genere nummorum  
sortis usurae quotannis sint persoluenda, cen-  
seret, cognoscereim: is non omnino, si inge-  
nue fateor, mihi fecit satis, propter ea quod solummodo, for-  
tem atque usuras eiusdem esse debere generis, ait, et nec vl-  
lam ex iure omnibus innato rationem, nec, quae in iure ha-  
bentur, loca adserti sui probandi caussa adulit. De aliis iu-  
reconsultis, qui quum maiorum nostrorum, tum etiam hac,  
quam viuimus, aetate nominis famam sunt adsequuti, quo-  
rumque monumenta hanc in rem consului, tacere malo, quam  
palam dicere, vbi eorum diligentiam desiderauerim. Ego  
vero, quum hanc materiem ab aliis neglectam viderem, ope-  
rae pretium putau, ad eam cogitationes meas dirigere, et  
quae sum meditatus, non magis cum iureconsultorum coetu,  
quam TECUM, AMICE SVAVISSIME, publice communicare.  
TV, vero, non iuris tantum intelligentia praestans, sed mul-  
tum etiam magna cum laude in fore versatus, vi his co-  
gitatis meis non numquam fortasse poteris, quoniam non mi-  
nus ad nudam iuris cognitionem, quam ad eius usum faciunt  
foresem.



IUS NATVRAE postulat, vt id, quod substantiae vel principali, vt vocatur, adiunctum, eadem, qua substantia, conditio-  
ne sit, nisi de exceptione quadam conuentum, eave determi-  
nata fuerit. *Accessorium enim iungitur substantiae rei principa-  
lis b).* Qualis autem substantia, seu essentia rei, talis etiam  
accessio; prono hinc sequitur alueo, accessionem naturam in-  
gredi principalis, ideoque eiusdem esse materiae. Quod qui-  
dem rectae rationis praescriptum maiores nostri studiose se-  
quuti sunt, quippe qui in summa nummorum caritate primis  
temporibus ea, quae ad vitam sustentandam requirebantur,  
sunt mutuati, ea tamen lege, vt in iis restituendis alter ne de-  
trimenti quid caperet. Qua de re ita illustris quondam Can-  
cellarius IO. PETR. DE LVDWIG c):

Olim in tanta signati aeris penuria praesertim inter Germanos,  
quibus auri et argenti usus prorsus fuit ignoratus, non aliud re-  
medium superfuit, quo homo ex rerum abundantia absque dam-  
no vlo hominis succurreret inopiae atque egestati, quam vt  
vnum daret alteri, quod post aliquod tempus ab hoc, in genere  
atque etiam vel in pondere, vel numero, vel mensura eadem,  
cum gratiis reciperet.

*Ius Saxonum, quod Scabini Magdeburgenses congefferunt d), et  
non ciuitas solum Magdeburgenis, verum etiam plures aliae  
obser-*

b) Vide clarissimorum FÜTTERRI  
et ACHENWALLII elementa iuris na-  
turae §. 333.

c) in Difserat. de Differentiis iuris  
Romani et Germanici in mutuo, diffe-  
rent. 3, n. cc), p. 15.

d) De hoc egi pluribus in commenta-  
tione de antiquitate iuris ciuitatis Magde-  
burgensis, quea in actis Societatis teuto-  
nicae Ienensis sublimiorum scientiarum  
an. CCCCCCLIII, p. 119, extat.  
Impressionem vero authenticu coactus  
sum in aliud differre tempus, quod nul-  
lo modo imperare posui, vt codex qui-  
dam membranaceus iuris Magdeburgi-

ci, cuius celebris ingenii vir, FRIED.  
EVERH. BOYSEN, liberae et impe-  
rialis dioceſeoſ Quedlinburghenis an-  
tistes facundissimus, praefatione tom. I.  
monumentorum ineditorum rerum Germani-  
carum p. 2. mentionem fecit, mecum  
communicaretur, id quod ab visitata in-  
ter eruditos consuetudine multum fa-  
ne abhorret, quam praedicit IOAN.  
HENRICVS ACKER in Od. elo-  
quent. To. I, Fase 4, p. 47. de Henri-  
co Leonhardo Schurzleſchio; Quo vi-  
ro, inquiens, nihil vidi humanius in  
communiſandis cultissimae bibliotheca-  
ce, quam possidet, theſauris.

obseruarunt, quodque ECCO DE REPGOW e) Speculum Saxonicum compoſiturus, tamquam fundamento posuit, hac de re articulo LXXXVIII sic pronuntiat:

Swas man abir dem manne liet, oder fezet, das sol her unvor-derbet wider brengen, oder gelden, nach finen Werden.

Clarius autem a Senatoribus curiae Scabinorum articulo CI idem exprimitur:

So getane f) Pfenninge vnd so getan Silber, also der man gelobet, daz sol man gelden, en ist dar aber nicht anbescheiden, so sal man silber gelden, vnde Pfenninge, also dar genge vnde gebe sin in deme Gerichte danne.

SPECVLVM SAXONICVM mentionem facit g) rei mutuae; sed, qualis debeat esse eiusdem restitutio, primo loco non adtigit, id quod ex his patescit verbis:

Swer icht borget oder gelobt, der sal iz gelden, und waz her tut, daz sal he stete halden.

In sequentibus autem b) DE REPGOW Scabinorum Magdebur-

A 3

e) Hinc canit in praefatione:

Dieses Recht habe ich selber nicht erdacht,

Es haben es von Alters her auf uns gebracht

Unsere gute Vorfahren.

DE REPGOW haud aliter fecit cum Speculo Saxonicō, vt veterē auctore de beneficiis ius Saxonicum feudale tamquam suo nititur fundamento. Ideo DE REPGOW veritus, ne eodem modo cum Speculo Saxonicō ageretur, quo ipse, quae a Scabinis Magdeburgensis bus scrip̄a erant, auxerat, voce canit queribunda.

Große Angst kommt mir an,  
Ich fürchte, dass mancher Man

Dieses Buch wird wollen vermek-  
ren,

Und wird dadurch das Recht ver-  
kehren.

f) In Thuringia apud vulgus nihil fere tritus est loquitione: *thut mir das*, qua significatur; *leibet mir das*.

g) Lib. I, art. VII.

h) Lib. III, art. XXXX, quocum conferendum est SPECVLVM SV-  
VICVM artic. CCCLXXXVI. In Iu-  
re Caesareo, a consiliario imperii aulico  
L. B. DE SENCKENBERG in lucem  
publicam edito, nullam omnino mentio-  
nen de solutione debitae pecuniae fa-  
ctam esse, satis mirari non potui. Inde-  
certum pro summa illius iuris antiqui-  
tate argumentum desumi poterit. Ger-  
mani



burgenium, id quod fecit plus vice simplici, vestigia est sequutus.

So getane Phennyngē unde so getan Silber alſe der Man globit hat, daz fal her gelden. En iſt dar abir nicht an bescheiden, fo fal men Silber gelden vnde Phennyngē alſe dar genge vnde gebe ſind in deme Gerichte denne *i*).

Iis, quae hactenus in medium protulimus, repugnantia videntur *SPECVLATORIS SAXONICI* *k*) verba ſequentia:

Wen man die Phennyngē vorbüth, öbir viercen nach darnach muz men mit den Phennyngēn gelden vnde Phant loefen. Wer dar mete koüſet öbir die rechten czit, der münezer muz ſi öm wol czu brechen. her muz ſi öm abir wedir gebn.

*AVGVSTINVS LEYSERVVS* *l*) quamquam hanc quatuordecim diērum connuentiam maxime iniquam et idcirco reprobandam censeat: nihil tamen minus eiusmodi legalis dispositio a conſuetudine noſtra non abhorret, ſiquidem in edictis ad rem nummariam pertinentibus conceditur, intra certum temporis ſpatium moneta proscripta vti ad eam prorsus exterminandam. At eo licitum non eſt, creditori, ſi dicta moneta minoris, quam recentior, pretii aeftimanda, illam tamquam iufti valoris ac ponderis monetam obtrudere; ſed ſolutionem ita accipiat neceſſe eſt, vt valor monetae internus et externus ſecundum initiae obligationis feruetur tempus. Neque aliud ſen-

mani enim in ſumma auri argenteique inopia initio contraftum mutui ignorabant; quapropter etiam in antiquissimis Germanorum legibus, illa tamen Viſigothorum *Lib.* V, *Tit.* V, §. 4. excepta, nulla eius deprehenduntur vestigia. *Vid.* D. IO. FRIEDER. EISENHARTI *Grundsätze der teutschen Rechte in Sprichwoertern* Part. IIII, art. 8. p. 318, et art. 41, p. 368.

*i*) Secundum MStum, quod poſſideo, anno circiter 1500 LXII exarato, quo omnes libri iuris Saxonici continentur.

*k*) *Lib. II. artic. XXVI.* in fine, ſecundum antiquum, quem dixi, codicem manu exaratum, quocum *SPECVLVM SVVICVM Cap. CCCLXXXV.* conuenit.

*l*) in *Difſertat. I. de collatione prisci iuris Saxonici cum iure Romano et moribus hodiernis* §. 39, quo etiam ſpectant, quae cel. D. IO. LVDOV. SCHMIDT comment. *In was für Münz-Sorten iſt eine Geld-Schuld abzutragen?* §. 160, in medium protulit.

sensus esse potest, quum in Speculo Saxonico II) contrarium adfirmatur; hinc interpretatio haud est difficilis. Taceo, Speculatorum posteriori loco sibi ipsi haud contradicere; sed praecepere potius voluit, quandiu proscripta pecunia adhuc toleretur. Quod dum facit, studio praetermitit, quanti minoris pretii moneta accipienda, quippe qui alio loco hac de re iam disseruerat.

Praeterea AVCTVM, sed nondum foras datum, SPECVLVM SAXONICVM m), cuius tres perantiquos codices, quorum primus anno CIOCCCL, alter CIOCCC LXXXVIII, et tertius CIOCCCC XXVIIII n) exarati sunt, possideo, huius in caussa monetae recepti juris mentionem facit vberrimam. Verba, quibus ea de re agitur, ex exemplari o), cetera antiquitate antecedenti, haec sunt.

Hat einer dem andern dez sinen icht gelihen daz er ym scholde vnd auch ym hatte gelobt wider zu gebin vnd mac dez nicht gehaben so schol der cleger daz beluten wi gut daz gewest sy. Der beclait man der gebe ienem eines alzo gut. Alz ienis waz vnd tu sinen eyd dazu daz es nicht besser gewest sy. hat er daz nicht mit einem so getanen wider zu gebin so gebe er Gelt nach siner Wertschaft mit sime eyde vnd sy loz.

In altero exemplari, quod secundo loco indicatum, annoque CIOCCC LXXXVIII est conscriptum, quae iam adduximus, his fere verbis expressa leguntur.

Hot eyner dem andern dez synen icht gelegen daz h' ym wedir zolde vnd globet ym 'wed' czu geben vnd mack dez nicht gehabt bē

ll) Lib. III, artic. XXXX.

m) Omnes hi libri legum quidem numquam auctoritatem publicam sunt adepti, quamuis in curiis, vbi eos offendit, sint adseruati, vt, quid juris, ex illis addiscit queat. Verum tamen ut medii aeu*ū* scriptorum fides historica non plane infirmari potest: ita is, qui ad eiusmodi collectionem prouocat, iure postulare quit, vt probatio confuetu-

dinum, quas velut adhuc visitatas adiutavit, ipsi facile permittatur.

n) In curia Corlicensi tale manuscriptum in oculos meos incidit; sed annum haud notaui, quoniam tum minime suspicabar, quod postea reperi, quibus permotus sum, vt eo diligentius ad id attenderem.

o) Lib. III, cap. X, Distinct. 2.



bē so zal d' ckleger daz beluten wy gut daz gewest sy d' beklagte man d' gebe yenem eyne alzo gut alzo yens waz vnd thu synen eyd do czu daz ys nicht besser gewest sy hot h' daz nicht myt eynem zo getanē wed' czu geben so gebe h' gelt noch syner Werdeschaft myt symē eyde vnd sy loz.

Ex quibus efficitur, vt apud Saxones licita vsura, cuius permissionem AVCTVM SPECVLVM SAXONICVM p) his verbis,

Hot eyn ckisten s̄yn phāt gelost vō eynē Iude vnd hot daz Wucher nicht gegeben daz wucher stat eynē monde vry dornoch treyt daz wuch' and' wuch'. Spricht ab' d' cristen, her hette ym keynen wuch' globet vnd were ym keynen scholdig doch ist d' Iude neher czu behalten syn wuch' vf moyses buche wen d' cristen myt synē rechte davon komen mochte. Spricht ab' d' cristen h' hette ym vorgoldē daz muste d' cristen bewysen alz vorgoldene scholt recht ist,

confirmat, eodem pretio, quo fuit, quod mutuum sumtum erat, sit restituta. Quam quidem veterem Saxonum consuetudinem, nullo modo negandam, maxime illustrat sententia, quam *iudices iurati Magdeburgenses*, antiquum illud ius Saxonum sequuti, tulerunt, quippe quam ex autographo, in membra exarato, describendam curauit. Quumque haec sententia nusquam, quantum ego quidem scire potui, antehac publici juris est facta: non ab re fore putauit, eam hoc loco ponere q)

Scheppen zu Magdburg.

Vnsfern fruntlichen grus zuuorn Ersamen bſandern gutin frunde So ir vnns von etlicher Sache wegen euch selbst als eyne Ratha an eyne vnd etzlichen ewern glewbern in den beygeschickten Copien ausgedruckt am andern teile anlangend geschrieben vnd vns recht daruf zusprechen gebetin habt. Sprechen wir Scheppen zw Magdburg uf die selbigen ęwer zugesante frage vor

p) Lib. III, cap. XVII, Distinct. 25, LXXXVIII, quae omnes de autographis, secundum Codicem de anno cīo ccc lxxxviii. quorum tergo sigillum scabini-  
rum impressum cernitur, quanta accu-

g) Haec sententia est XXXVII de rationes fieri potuit, sunt descriptae.



vor recht. Haben ewer vorsfaren bey der geringen lichten swert  
muntze als vor desser Zzeit ganghaftig vnde lantleufig gewest  
ist etliche leipzinse vnd widder keuffliche Zinse aus ewerm Rath-  
huse vorkouft vnd sich kegin den gloubern nach Innehalt der  
beygeschickten Copien vorschrieben vnd soliche Zinse vorerst mit  
der geringen muntze bezcalt genommen, Ouch dar nach als die  
swere muntze ausgangen ist etlich Zzeit vnd Iare die Zinse mit  
solcher geringen wehre adir mit halben Zinsen der guten wehre  
vorgniigt, unde die hu etzliche Zzeit eintheils mit fuller beca-  
lung der besten muntze vorgnugen müssen, vnd die Ihenigen  
wollen die aufwidderkauff Sunnen bey euch haben die abclo-  
fung vnde den widderkouff nicht anders dan mit der besten vnd  
hohisten muntze vorlegt haben, als danne ewer frage weiter do-  
von besagt. Also danne ewer Vorfarn die houbtsummenn auf  
liprenthe vnde widderkouff nach der geringen Swert montze von  
Iren vorkeuffern angenommenn, *So mogt ir In auch die Zinse*  
*vnde den widderkouff wan iht den zuthune geneigt seyt an der*  
*houbt summen mit solicher muntze als sie euch Im kauffe über-*  
*reicht, vnde gegeben haben adir mit anderer muntze nach der*  
*selbiger Wirderung vorgnugen vnde bezcalen,* vnde sie kon-  
nen euch daruber In mit hoher adir der sweren itzigen nawen  
muntze bezcalung zuthunde nicht gedringen. Von Rechtswe-  
gen Vorsigelt mit Vnserm Ingessigel

Den Ersamen Burgermeistere vnd Rathmanne der Stadt  
Numburg vnsern bsundern guten frunden.

D. MELCHIOR KLING DE STEINAW, qui ius terrarum  
Saxonicarum, in Speculo puto Saxonicu et iure ciuitatis Mag-  
deburgensis obuio, quod vltimum nostrates Weichbild vocare  
solent, meliorem in ordinem redigere quidem instituit, sed  
Gloriosissimi AVGVSTI Electoris Saxonum tempore optatam  
non contigit metam r), ECCONEM DE REPGOW s) ad ver-  
bum sequutus est, positis tamen rubro de mutuo verbis: *Vbi*  
*non eadem species, sed idem genus redditur;* quod autem ad vſu-  
ras adtinet, de earum solutione differere plane est oblitus.

Quum

r) Parte III, p. 183.

s) ex Libri I, artic. VII.



Quam electoralis Saxonie superioris *dicasteria*, *Viterbergense* nempe ac *Lippense*, beatissime defuncti Electoris Augusti iussu, casus forenses adhuc dubios et controveros scriptis mandarent, atque simul, ut in adiecta relatione memorant, varios subiungerent, qui usu quotidie veniant: dicta illa iurisconsultorum collegia adseruerunt, si communis opinionis habeatur ratio, tempus initiae obligationis esse spectandum, id quod tribus tomis impressae *Consultationes Saxonicae* t) pluribus docent v). Atque hinc nata est *partis II. electoralis Saxonicae constitutio* XXVIII, secundum quam in Saxonie Electoratu, mutato vel interno vel externo monetae pretio, tempus contractus spectari debet. Ita etiam lites semper diudicantur, praesertim quam illa dispositio in Electoris *Edito*, die XXV Iulii c1510c LVI w) proposito, denuo fuit confirmata.

Sic haec, quae iure vetere Saxonico supra adducto tamquam fundamento nititur, Diui Augusti Electoris Saxonie *legalis dispositio* aequa etiam valet in terris Serenissimorum *Saxonie Ducum*, ab Ernesto piissimae memoriae genus ducentium. Quum enim, Constitutionibus Saxoniciis electoralibus anno

t) Harum duo possideo exemplaria *manuscripta*, una cum variis electoralibus edictis, dicasteriorumque relationibus, quae, quum typis imprimenterent, fuere omisae. *Tomus I.* inscribitur: *Illustres, aureae, solemnes Quæstionum variarum apud iuris virtusque interpres controvenerarum Decimationes*, Francof. ad Moenum c1510c LXXXVIII, fol. Intus legitur: *Consultationes constitutionum Saxoniarum. Tomus II.* Moguntiae hac inscriptione in lucem exit: *Variarum iuris controvenerarum Quæstionum resolutiones* c1510c fol. annoque sequenti auctior Vrfellis, *Tomus secundus Quæstionum iuris controvenerarum inscriptus*, iterum prodit, quem *Tomus tertius* Francofurti ad Moenum c1510c CVIII exceptit. Cuius de libri cum raritate,

tum utilitate legi meretur doctrinae elegantia clarissimus antecessor Lipsiensis, D. CAROL. FERDINAND. HOMMEL in *litteratura iuris* Lib. I, cap. VIII, §. 48, p. 165. et Lib. I, Cap. X, §. 54, p. 185.

v) nimurum *To. I. Parte I.* *Qu. 16* et 17, *To. II. Part. I.* *Qu. 27* et 28, *To. III. P. I.* *Qu. 7, 8, 10, 18* et 23. Has *consultationes Saxonicas* postea PETRVS FRIDERICVS MINDANVS meliorem adduxit in ordinem, et Francofurti ad Moenum c1510c XVI fol. edidit, vbi supra memoratae consultationes, ad rem nummariam spectantes, *Lib. I.* *Qu. 87, 90, 91, 92, 93, 94* et 95. habentur.

w) quod exstat in *Codice Augusteo* *Tom. II.* p. 885.

anno **circa** LXXII in publicum datis, iussu Serenissimorum  
Saxonie Ducum *Academia Ienensis* anno **circa** XXXVIII  
primum latine brevibus positionibus proponeret, in quo ius  
Saxonicum electorale a communi iure Saxonico differret;  
postea vero sermone patrio per rationes dubitandi et deciden-  
di anno **circa** LXXV ad eosdem Serenissimos Duces refer-  
ret, quarum excerpta apud *CHRISTOFOR. NEHRINGIVM* x)  
leguntur; praeter ea etiam D. **IOANNES THOMAS**, senatus  
sacri Altenburgensis Praeses, et Cancellarius, proposito a Se-  
renissimo Saxoniae Duce *FRIDERICO* ad d. **xxii Sept.** **circa**  
**LXXVI** edicto, Altenburgi d. **xxxI Ianuarii** **circa** **LXXVII** pro officii munere consilium composuisset: in omni-  
bus his *scriptis* y) ne verbum quidem legitur, terras Serenissi-  
morum Saxoniae Ducum de iure Saxonico electorali, quod ad  
debitum pecuniarium adinnet, recedere z); et si qua fertur  
sententia, plerumque a) est iuri Saxonico electorali adcom-  
modata b),

B 2 Ius

x) in *Iure Saxonico discrepante*, seu  
*Differentiis iuris Saxonici electoralis et*  
*communis*, Gotha **circa** CCXIII, 4;

y) Haec *Manuscripta* typis mandari  
merentur, propter ea quod quam ad  
amplificandam iuris Saxonici scientiam,  
tum ad eiusdem usum exercitationem-  
que in primis faciunt.

z) conf. *NEHRING* in cit. tract.  
*Parte II, Differentia XXX*, p. 70.

a) Praesertim si argumenta, quae TV,  
amicè optime in *commentatione* doctissi-  
me composita de pecunia mutuistica tuto  
collocanda §. 87, p. 163 adulisti, in sub-  
sidium vocantur.

b) Quod ut probetur, prouoco ad  
sententiam ab amplissimo Iureconsulto-  
rum Ienensium ordine anno **circa**  
**LXII** latam, et ad praefecturam Duca-  
tus Vinariensis Cappellendorfensem in

cauſa I. C. G. et D. F. A. H. viduae  
miſſam, in qua cenuere.

Dass Imploratens Suchen fol-  
actor 2 vnd 30 b) nicht statt hat,  
sondern es sind dessen Constituen-  
ten das Anlehn der 100 Meisni-  
ſche Gülden, samt denen rück-  
ſtaendigen Interessen, in solchen  
Muntz Sorten, welche denen im  
Iahre 1734, als der Zeit des ge-  
thanen Vorſchusses, gangbar gewe-  
ſen, dem innerlichen Werthe und  
Gehalte nach, gleich kommen,  
wieder zu bezahlen, oder aber in  
ietzo curſirenden, jedoch zur Zeit  
der angebothenen Bezahlung nicht  
deualuirten Muntzen, nebst einem  
billigen Aufgelde, abzutragen  
pflichtig; die, auf diesen Proceſs,  
verwandte Vnkosten werden, aus  
bewegenden Ursachen gegen ein-  
ander



*Ius Canonicum et Romanum idem praecipiunt.* Illud enim hanc nobis suppeditat regulam iuris c): *accessorium naturam sequi congruit principalis;* hoc vero, siue Romanum d), tamquam rem satis notam ponit, in mutuo idem pretium restitu; eaque de causa vult e), vt, si oleum foenori datum, additamenta usurarum eiusdem sint materiae. Nec alia subest ratio, quare *Lege XII Cod. de Vsuris* accessio, quam dixi, frumenti vel hordei mutuo dati, quod aliud genus nominatum haud indicatum est, itidem eodem frumenti vel hordei genere fuerit compensata. Atque hinc factum est, vt usurae accessiones mutui in eodem genere definiantur.

Quae quum ita sint; nihilo tamen minus recedi non numquam poterit de dispositione hac legali, usuras nimirum eiusdem esse materiae, et maxime tum, quam iis, qui contrixerunt, aliud collibitum sit. Eo spectant, quae habentur *Lege XVI Cod. de Vsuris.*

Quum non frumentum, sed pecuniam foenori te accepisse alleges, vt certa modiatio tritici praestaretur.

#### Item *Lege XVII Cod. de Vsuris:*

Si ea lege possessionem mater tua apud creditorem suum obligauit, vt fructus in vicem usurarum consequeretur.

Vir peracris iudicii, GOTTL. GERH. TITIVS, quamquam in iis, quas cum magno Iurisconsultorum applausu in lucem dedit, observationibus ratiocinantibus ad compendium iuris Lauterbachianum f) videatur de theoria, hactenus expposita, paullulum deflectere; insitias tamen non it, vt plurimum ita seruari solere, vt usura sit eiusdem generis cum forte.

Neque vero aliter sentit illustris IOAN. HENR. DE BERGER g), dum solummodo conuentionem, quae in stipulatione rerum

ander compensirt und aufgehoben.  
V. R. W.

Post interpositam Leuterationem Facultas iuridica Vitebergenfis m. Augusti d. a. confirmatorie iudicavit.

c) Cap. XXXXII de regulis iuris 6to.

d) *Lege III. ff. de rebus creditis, et Lege LXXX. ff. de Solutionibus.*

e) *Vi Legis XXIII. Cod. de Vsuris.*

f) p. 472, *Observat.* 693.

g) *In Oeconomia iuris, Lib. III, Tit. VIII, §. 9. n. 3, p. 596.* Conf. tamen Cele-

rerum minoris pretii non vetita est, pro certo ponit. *Imprimis,*  
inquit, *si in chirograpbo ne quidem sortis, in eodem genere an  $\frac{2}{3}$  Stu-*  
*cken restituendue, mentio sit facta.* Quibus adductus rationibus  
laudatus DE BERGER b) sententiae, quae rei natura nititur, ac-  
cedit, vii ex his ipsius verbis luculenter patet: *id, quod dixi,*  
*non de sorte tantum, sed et usuris, est capendum.*

Nouissime clarissimus CHRISTIANVS HANACCIVS \*) se-  
cundum diuersa tempora temperamentum suadet, vt, quando  
eadem moneta, quam debitor accepit, in usu sit, etiam ean-  
dem loco usurarum creditor postulare queat; sed, si eaedem  
monetarum species non existant, ita vt fors tales fructus nullo  
modo proferre potuerit, neque debitor ad earum solutionem  
teneatur, iudicis contra sit officium, partibus aequam iniung-  
gere compositionem. Verum enim vero persuasoria haec sunt,  
haud obligatoria. Cum ea, de qua hactenus differuimus, theo-  
ria bb) congruunt non modo decisio Scabinorum Magdebur-

B 3

gen-

Celeberrimus ESTOR Parte III Opus-  
culorum novissimorum p. 152.

b) in Elect. Discept. forens. ad Tit. L.  
Obseru. III, n. 3, p. 1524.

\*) in Diff. de saure erga debitores ca-  
lamitate belli debilitatos, Vitebergae 1762  
habita, §. 14.

bb) Quam adprobauit Potentissimus  
Porosorum rex in Edicto monetali de  
dato Berlin 21 April 1763, quando §. 8.  
sapienter sanciti,

So viel die non unbezahlte Zin-  
sen, von erborgten oder sonst  
schuldig gewordenen Capitalien,  
betrifft, müssen solche, wenn in  
dem Contract die Muntz Sorte,  
worinn solche zu erlegen, verabre-  
det, nach Beschaffenheit dieser  
Muntz Sorten, nach der, in §. 2,  
3, 4, enthaltenen Vorschrift, be-  
zahlet werden. Ist aber in dem  
Contract die Muntz Art, worinn

die Zinsen abgeführt werden  
sollen, entweder gar nicht, oder  
doch, in nicht hinlaenglich be-  
stimmten Ausdrucken, zum Exem-  
pel, in gangbahrem, coursirendem,  
courantem, Cassenmaessigem Gel-  
de, verabredet, so mus die Zah-  
lung, nach der in §. 4. enthalte-  
nen Verordnung, geschehen. Die-  
selben Zinsen aber, so nach Tri-  
nitatis 1763 zu lauffen anfangen,  
müssen in eben der Muntz Sorte,  
worinn das Capital, nach obigen  
Saerzen, abzufuhren ist, bezahlt  
werden, wenn auch gleich die Er-  
legung der Zinsen, in eben der  
Muntz Art, woraus das Capital be-  
steht, nicht ausdrücklich bedun-  
gen worden waere; Es sey denn,  
dafs, wegen anzunehmender Zina-  
sen in schlechteren Muntz Sorten,  
welche alsdenn, nach der Anlage



gensium superius adducta; sed etiam, quae apud L. B. DE WERNER<sup>i</sup>, GOTHOFR. BARTHIVM<sup>k</sup>, DE LEYSER<sup>l</sup> nec non apud nomophylacii Directorem excellentissimum STRVBE-  
NIVM<sup>m</sup>), et praeterea in *Oraculo*, ut inscribitur, *iuridico n*) obuia sunt Iuris Consultorum responsa. Quae omnia faciunt, ut nec in theoria, nec in vsu et exercitatione forensi proposi-  
tio, quam supra adfirmauimus, in dubium incertumque possit reuocari. Plures iureconsultos, qui, hac de re quid statuerent, litteris consignarunt, nominatum profert IOAN. LVDOV.  
SCHMIDT<sup>o</sup> Doctor et Professor iuris in academia Ienensi in-  
clitus.

Quae quidem extra omnem dubitationem positae rationes iuris, usuras ut plurimum eodem modo, quo in genere mu-  
ruum fuit solutum, esse persoluendas, nisi aliter inter partes conuentum fuerit, firmissimum ad probandum suppeditant argumentum, minime falso existimari, sed tuto inde colligi, *si usurae in bonae notae pecunia persolutae fuerint, sortem in eodem genere esse collocatam p*.

Si e contraria parte in chirographo *species mutui indicatae*, deque iis controversia moueri nequeat; nihil tamen minus creditor usuras in vilioris pretii moneta hucusque accepit, ideo-  
que facto intra spatium trium annorum consequentium conti-

nuato

sub A, auf ietziges Brandenburgische Geld, auszurechnen, ausdrückliche und deurliche Abrede bereits genommen sey.

et §. 10. in vim legis dispositus.

Hat hingegen der Glaubiger die ihm gezahlte Gelder, nur abchlaeglich, oder mit Vorbehalt des Aufgeldes, oder gegen Erhaltung eines ihm, zu dieser Absicht, von dem Schuldner ausgestellten Reverses, angenommen; So ist der Schuldner verbunden, dem Glaubiger nicht nur das, in diesem Edict, festgesetzte Aufgeld, sondern auch die Zinsen, von diesem

Aufgeldel, auf gleichen Fuß, als er, das Capital selbst zu verzinsen, schuldig gewesen, nachzuzahlen.

i) Parte VIII, Observ. 187.

k) in Hodegeta forensi Cap. III, §. 2, not. 9), p. 512.

l) Spec. 243, medit. 3, To. IIII, p. 854. m) in den rechtlichen Bedenken To. I, no. 168, p. 401.

n) Vol. XIII, p. 538.

o) in Commentatione, In was fur Muntz Sorten ist eine Geld Schuld abzutragen? §. 218, p. 208, not. a).

p) Vide in caussis forensibus exercitatisimi GEORG. FRIEDER. DE PLOENNIES tract. de usuris §. 138.

nuato in praeteritum et futurum tempus, ut illustris STRUBENNSIS q) dilucide demonstrauit, de iure suo decesserit: *creditor nullo pacto cogi poterit, ut sortem r), optimae notae pecunia collocatam, in viliori recipiat.*

Atque haec quidem sufficient, quae de usuris in eadem bonitate cum sorte soluendis hactenus exposui. Modo TIBI non ingrata sint, AMICE OPTIME, quippe qui in lucem ea proferendi occasionem mihi dedisti, cuique haec, tamquam leuidensē οἰναταυπτίζειν, probari quam maxime etiam cupio. Arripui libenter oblatam temporis opportunitatem, quod dum volui, ut non exstaret solum qualecunque amoris in TE mei amicitiaeque, quam ad hunc diem diligentissime colui, monumentum; sed ut simul etiam declararem, quam ardentia sint, quae quum antea semper, tum maxime hoc tempore pro felicitate TVA conseruanda augendaque nuncupo, vota. NVPTIARVM SOLLEMNIA celebras; quae vt bene et feliciter eueniant, faxit numen supremum. Ego vero rationes grauissimas prae me habere mihi videor, augurandi fore, ut, quam matrimonio TIBI iungis, eius possessio TE reddat fortunatissimum. Virgo enim spectatae virtutis, optimae indolis, morumque, ad omnem elegantiam compositorum, et, quod maximum est, TVI amantissima, summaque naturarum consensione TECUM consociata, non poterit non esse firmarum ac perpetuarum vitae iucunditatum conciliatrix. Talis vitae fortunaeque consors rebus prosperis et ad voluntatem TVAM fluentibus haud minimam, ut diuino instinctu praenuntio, addet partem dulcedinis. Hinc decus ac robur, hinc sublimiora incrementa, hinc secundus vitae sine vlla offensione cursus laete sperandus. Nam etiam in aduersis, quae mortales effugere nequeunt, illius amor solatium praebet atque perfugium; illius

q) loc. citat.

r) laudatus DE PLOENNIES loc. memor. §. 131. BOEHMER in Consultat. Vol. II, P. I, Consul. 443, n. 9, ibique adductus DE BERGER in El.

D. F. ad Tit. L, obs. 3, n. 3, p. 1524.  
STRUBEN in fine des rechtlichen Bedenckens n. 168, To. I, et n. 22, To. II, nec minus illustris ESTOR loc. alleg. p. 158.



illius in complexu, illius in sermonis suauitate vitae molestias  
ab animo abstergere poteris, et, si quae curae ac sollicitudines  
eum angere voluerint, facillime depellere. Faxit modo  
numen benignissimum, vt, cuius initium mensis Maius adtu-  
lit, perennet felicitas. Fruere ad serissimos vsque annos fide-  
lissimae TVAE coniugis consortio. Nihil vitam VESTRAM in-  
suauem reddat; sed plena potius sit voluptatis, quae a nullo  
turbari queat casu. Traducas, quod ab immortali rerum mor-  
talium arbitro ad viuendum dabitur tempus, vna cum amar-  
ibili vitae TVAE socia in omnium, quae in Vos cadere possunt,  
quibusque vera mortalium felicitas absoluitur, bonorum ad-  
fluentia. Ut denique optatis VESTRIS et Perillustris TVI Pa-  
rentis, quem iam diu sancte sum veneratus, semper respon-  
deat fortuna, et in primis liberi, quos ex TE progenitos ha-  
bebis, expressam VESTRARVM virtutum imaginem exhibeant,  
ex animo TIBI exopto, teque simul persuasum esse volo, me;  
si numen supremum vota precesque meas, id quod magnopere  
confido, non irritas esse voluerit, tantum ex felici re-  
rum Vestrarum statu laetitiae capturum, quantum ad omnes,  
qui propinquitate TECUM coniuncti sunt, inde peruenire de-  
cet. Valeas amabo. Scripsi Tennstadii ipsis Calendis Iunii,  
quo die Carnae Deae sacra faciebant Romani, anno salutiferi  
partus in terris Filii Dei, omnium gentium Redemptoris  
in caelo glorioissime triumphantis,

CIO IOCC LXIII.



ULB Halle


007 679 270

3





**Farbkarte #13**



G. 2d. num. 39.

VSVRAS  
EM IN BONITATE CVM SORTE  
SOLVENDAS  
SISTIT  
IVLQVE PRIMARIO ATQVE PRAECIPVO  
S V O A M I C O  
NNI FRIEDERICO KOBIO  
IVRISCONSVLTO EXCELLENTISSIMO  
SIMVM DOCTORIS GRADVM SANE STRENVE ADEPTO  
SERENISSIMI PRINCIPIS SAXONIAE HILDBVRG-  
HVSANI A SECRETIS VIGILAN-  
TISSIMO  
DE  
PTIARVM SOLLEMNIBVS  
CVM  
VIRGINE ELEGANTISSIMA  
RIA CHRISTIANA KVHN  
CELEBRANDIS  
GRATVLATVR  
HARDVS FRIEDER. RVDOLF. LAVHN  
IVRIVM DOCTOR

IENAE  
LITTERIS STRAVSSIANIS

